



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

12 Id quod Roma tenet, discretio sæpè relinquit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

primo loco commemorem) eos, qui in Domini nostri IESV Christi nomine spem posuerunt, figura crucis signari, equis scripto docuit: dum oramus, ad orientem solent converti, eque nos litera docuerunt? Verba invocationis, cum panis Eucharistia, & calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Non enim ius contenti sumus, quorum Apostolus, & Evangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cum ante, tum post, dicimus, utpote quia magnum momentum ad ipsum mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita erudit. Benedicimus aquam baptisatis, & oleumunctionis, atque illum ipsum praterea, qui baptizatur, ex qua scriptura: nonne ex occulta, & mystica traditione? Quid? ipsum oleiunctionem, quis sermo scriptus docuit? Quod homo ter mergendus sit, unde accepimus? Abrenuntiare Sathanam, atque Angelis eius, & reliqua omnia, quaecunque in baptismō observamus, que scriptura iussit? An non haec ipsa maximē vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto, minimeque curioso silentio, Patres nostri custodierunt? probē quidem illi intelligentes, mysteriorum majestatem taciturnitate servati.

C. VI. ¶ Laudabilis est consuetudo, qua nihil fidei contrarium usurpat.

Item Pius Papa I. in decreti, de cōrēto septimo.

C. Onfuciedinē laudamus, quia tamen contra fidem catholiceam nihil usurpare dignocit.

¶ Verba huius capituli, quod antea tribuebatur B. Aug. leguntur in editione conciliorum Coloniens̄, tribus tomis inter decreta Pii I. decreto septimo, & in epistola epidem Pii xx codice fœderac librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citam Burchardus, Ivo, & autor Panormus: cuius tamen epistola omnia fere verba habentur. lib. negoti B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epist. 73. Et ea, que ad hoc caput pertinent, referuntur infra dist. 12. cap. nos consuetudinem.

C. VII. ¶ Ubi auctoritas deficit, mos populi, & majorum instituta pro lege servantur.

Item B. Augustinus ad Cæsalonon, epist. 36.

In his rebus, de quibus nihil certi statuit divina scriptura, mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt. Et sicut t. prævaricatoris divinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coherendi sunt.

t. ¶ Et sicut] Hinc usque ad finem sunt in epistola indicata: sed a Burchardo etiam, & Ivo, & in Panormitate resumimur.

C. VIII. ¶ Auctoritate, & traditione generali, vel officiali, ecclesiastigatur.

Idem in libro c de fide Christiana.

Catholica ecclesia per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio universalis, aut certè propria, & particularis institutione. Sed auctoritate tota confingitur, universalis traditione majorum, nihil omnino tota: privatis vero constitutio- nibus, & propriis informationibus unaquaque pro locorum varietate, prout cuique vitium est, subsistit, & regitur.

C. IX. ¶ Valeat ad fidem, catholica auctoritas ecclesie.

Idem in libro contra Manichaeos.

a. Bucr. l. 3. c. 124. Ans. l. 4. c. 42. Ivo p. 4. c. 66. Pam. l. 2. ca. 157. Poly. l. 3. tit. 23. b. Ans. l. 4. c. 23. Bucr. l. 3. cap. 126. Ivo p. 4. cap. 68. Pam. l. 2. c. 128. Poly. l. 3. tit. 23. cap. fidc. c. Hodie inter opera B. Augustini, nullius extat hoc titulus. In epistola vero ad Iamuarium, que est sub c. 1. & 2. hac eadem sententia copiose exponeatur.

Palam est, quod in re dubia, ad fidem valeat auctoritas ecclesie, catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum usque ad hodiernum diem succendentibus sibi inter episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.

¶ Apud B. August. lib. 11. contra Faustum Manicheum, c. 2. legitur. Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitor) quid ecclesie catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipsis, &c. Ita ut episcoporum successionem portem in fide Peri, & in libro contra epistolam Fundamenta, & in epist. 16. de schismate Donatistarum merito certissimum putavit ecclesia catholicæ judicium.

C. X. ¶ Alii Apostoli ex institutis non licet recedere.

Item Leo Papa ad episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. c. 6.

Hoc a vestra indicimus charitatem, ut ab Apostolicis institutis nullo ulterius recedatur exceptu, quia in ultimum post hoc esse non poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas;

C. XI. Ab omnibus servari debet, quod Romanæ servat ecclesia.

Item Innocentius I. ad Decennium episcopum Eugubinon, epist. 1.

Quis b. nesciat aut non advertat, id quod a principe Apostolorum Petro-Romanæ ecclesie traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari? nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Praefatrum cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilius Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes: aut legant, si in istis provinciis alias Apostolorum inventur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inventur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus & studiis, caput institutionum videantur omittire. Ex saepe dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in ecclesia convenisse, & quem morem vel in considerandis mysteriis, vel in exercitio agendis areanis teneat, cognovimus. t. Quod sufficere arbitramur ad informationem ecclesiæ tuz, vel reformationem; si prædecessores tui minimus aliquid, aut alterius tenuerint, & fatus certum habecimus, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset: quibus idcirco respondemus: non quid te aliqua ignorante credamus; sed ut majora auctoritate tuos institutas, vel si quia Romana ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicate non differas, ut scire valeamus, qui sunt, qui aut novitates inducent, aut alterius ecclesiæ, quam Romana, existant consuetudinem esse servandam.

¶ Cognovisse.] Locus hic in originali concilii quatuor temporum infers, sic habet, cognovisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiæ tuz, vel reformationem (si prædecessores tui minimus aliquid, aut alterius tenuerint) fatus certum haberem; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset; Sed ob glossam, præcipue in ver. morem non est mutatum.

DISTINCTIO XII.

I. **Q**uod absque discretione iustitia nulli agere licet: ps. C. I. ¶ Nulli agere licet sine discretione iustitia contra disciplinam Romanae Ecclesie.

a. Ans. l. 1. cap. 45. Poly. l. 2. tit. 17. Bucr. l. 3. c. 125. b. Ans. l. 1. c. 41. Ivo p. 4. cap. 67. Poly. l. 1. tit. 17. & l. 3. tit. 24. c. al. auctoritatem debet aliunde accipere, vel exemplum: i. d. al. affectionibus. e. al. amissione.

Vnde

Vnde Calixtus Papa primus omnibus Episcopis
aut in epistola prima ad Benedictum Episcopum.

Non a decet à capite membra discedere; sed juxta scriptura testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod Apostolica ecclesia mater est omnium ecclesiarum, à cuius vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestra impleatis maris, que est ecclesia: cuius caput, ut prae dictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretione iustitia contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

C. II. q. Apostolicis preceptis nullus superbit refutat.

Item Gregorius I. Papa quartus.

¶ Gregorius:] Integrum hoc caput inventur in epistola Gregorii quarti universi episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & universas provincias constitutis: que est in codice supra citato Bibliotheca monasterii Dominicanorum. In istum vero est etiam in epistola Anastagii II. ad Anastasiatum Augustum, c. 6.

P. Recepimus b. Apostolicis non dura superbia resistratur; sed per obedientiam, quæ à sancta Romana ecclesia, & Apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleantur; si ejusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis, & post multa, ¶ Non novum aliquid praesenti iustitione pricipimus; sed illa, quæ olim videlicet induita, firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum Pontificalis cauſatio, d. sed omnis sanctæ & religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum, debet referri, & inde normam sumere, unde sumptus exordium, ne caput institutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant fæcēdores, qui nolunt ab Apostolicis petræ, super quam Christus universalem fundavit ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hæc e. Apostolicis sedis præcepta non observaverit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

¶ Sanctæ religionis.] Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus, speci Romana ecclesia.

C. III. q. Non est refutandum confuetudinem, cui canonica non obstat auctoritate.

Item Leo IX. Michaeli episcopo Constantinoopolitano, epist. i. c. 29. & Nicolaus r. epist. ad Photium.

Sicut f. sancta Romana ecclesia, quod nihil obstante credentium diversæ pro loco, & tempore confuetudines; si illis canonica non obstat auctoritas, pro qua eis obviare debeamus: unde nil judicamus eis debere, vel posse resistere. q. Caput hoc confutum est ex dubius longe diversis locis. Nam sive ad verum illis, sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis IX. adversus mandatis presumpções Michaelis Constantinopolitanus, & Leonis Acridam episcoporum, cap. 29. ubi loquens de Romana Ecclesia, ait: Scit namque, quia nihil obstante credentium diversæ pro loco & tempore confuetudines; quando una fides per dilectionem operans bona, quæ potest, uni Deo commendat omnes: & hac ferè ab Ivone, & in Pamormia refutatur. Altera vero pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, que incipit, Postquam Beato Petro. Ibi enim habentur

a. Ansel. l.c. 12. Polyc. l.c. 17. b. Ansel. l.c. 20. Polyc. l. tit. 17. c. absit ab orig. & aliquot verius Gratiani exemplaribus. d. d. acutatio. e. al. hoc precepto sedis Apostolica præcepta] orig. f. Ivo p. 4. cap. 23. & p. 5. c. 44. Pam. l. 2. g. al. refut.

hec: De confuetudinibus, quas nobis opponere visi esis, scribentes per diversas ecclesias diversas esse confuetudines: si illis canonica non obstat auctoritas, pro qua obviare debeamus; nihil judicamus, vel eis refutamus.

C. IV. q. Confuetudines, quæ fidei non officiantur, a majoribus traditæ sunt, obseruentur.

Item Hieronymus ad Lætinum, epist. 28.

I. Illud breviter te admonendum peto, traditiones ecclesiasticas, præterim quæ fidei non officiant, ita observantur, ut a majoribus traditæ sunt, nec aliorum confuetudinem, aliorum contrario more subverti.

C. V. q. Traditiones a Patribus instituta, non sunt infringenda.

Item Nicolaus Imonensis archiepiscopo.

R. Idiculum a est, & fatis abominabile dedecus, ut temporibus nostris vel falso intumulari sanctam Dei ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitas a Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringim patiamur.

¶ Habetur in epistola scripta Hinckmaro, & ceteris archiepiscopis, & episcopis in regno Caroli ecclesiæ regentibus; que extat in codice jam memorato Bibliotheca Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea brevius erat, ut etiam a. I. Imonensi, & in Pamormia.

C. VI. q. Diuturni mores pro lege sunt habendi.

Item Iustinianus Institutionum lib. 3. tit. 2.

D. Iuturni & mores confetuū uterum approbat, legens imitantur.

C. VII. q. Quidquid contra longam consuetudinem fit, revocari poterit.

Item Cod. lib. 8. tit. 2. quæ sit longa consuetudo, l. 1.

C. Onus et præcedens, & ratio, quæ confuetudinem suasit, tenenda est. Et quidquid i contra longam confuetudinem fiet, ad follicitudinem suam revocabit prefæs provinciæ.

¶ Quidquid.] In originali est, & ne quid contra longam confuetudinem fiat, sed quoniam rubrica videtur magis continent lectionem Gratiani, quæ est etiam apud Ivonem & in Pamormia, non est mutatum.

C. VIII. q. Imusta permaneat confuetudo, que contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.

Item Gregorius universi episcopi Numidie, lib. 1. epist. 75.

N. Os d. confuetudinem, quæ ramen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus; sive de primatibus constitutendis, sive de ceteris capitulis: exceptis iis, qui ex Donatissim ad episcopatum pervenient: quos provehi ad primatus dignitatem (etiam cum ordo clericorum i eos ad locum eundem deferat) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissis libi plebis curam gerere, non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiæ fini & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.

¶ Ordo clericorum.] Sic etiam legitur in aliquot veris Gratiani, & in aliquibus B. Gregorii codicibus: sed auctor glossa non videtur habuisse verbum clericorum: quemadmodum neque Ivo, neque plerique Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorii operum editiones.

a. Ivo p. 4. cap. 212. Pam. lib. 2. cap. 156. b. Ivo p. 4. cap. 104. Pamorm. lib. 2. cap. 160. c. Ivo p. 4. c. 201. Pamorm. lib. 2. cap. 162. d. Supra dist. 11. confuetudinem. e. tamnam modo.] orig.

C. IX. ¶ Non negantur, qua consuetudinis sunt.

Item Gregorius ad Maximum Salomonanum episcopum lib.7. reg. epist.21.

¶ Vemadmodum illicita perpetrari non patimur; sic quia sunt consuetudinis, non negamus.

C. X. ¶ Non locum consuetudinis, sed consuetudo locum commendat.

Item Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum, resp.3.

N Ovit a fraternis tua Romanis ecclesie consuetudinem, in qua se meminit enutravit. Sed mihi placet, ut five in Romana, five in Gallicorum, & five in qualibet ecclesia aliquid inventisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas; & in Anglicorum ecclesia, qua adhuc in fide nova est, institutione principia, quae de multis ecclesiis colligere poteris, & infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus & loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis: quia pia, quia religiosa, quae recta sunt, elige: & hac quasi in fasciculum collecta, apud Anglicorum mentes in consuetudinem depone.

C. XI. ¶ Quid neque contra fidem, neque contra bonos mores, esse convincatur, indifferenter est habendum.

Illa autem, qua non scripta, sed tradita custodimus, qua quidem toto terrarum orbe observantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri. sicut quid Domini passio, & resurrectione, & ascensione in colum, & adventus de celo spiritus sancti, anniversaria solemnitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrit, quod servetur ab universa, quacunque se diffundit, ecclesia. ¶ Alia vero, quae per loca terrarum, regionesque variantur, sicut est, quod alii jejunant sabbato, alii vero non, alii quotidie communicant corpori, & sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermititur, quo non offeratur; alibi sabbato tantum, & dominico, alibi tantum dominico, & si quid aliud hujusmodi animadvertere potest; totum hoc genus rerum liberas habet observationes. Nec disciplina illa est in his melior gravi, prudentiique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere videbit ecclesiam, ad quamcumque forte devenerit. Quod d enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungit, & indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos vivitur, societas servandum est. Mater mea i Mediolanum me confecuta, invenit ecclesiam sabbato non jejunantem: coperata fluctuare quid ageret. Tunc ego confilium de hac re beatissima memoria virum Ambrofium. At ille ait, cum Roman venio, jejunio sabbato: cum Mediolani sum, non jejunio. Sicutiam tu, ad quam forte ecclesiam venieris, ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matre renunciarem, libenter amplexa est.

1. ¶ Mater mea] In hoc capite, quoniammodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco usq. in finem, quoniam verba B. Augustini apto erant in ejusmodum redacta, nihil additum est.

2 ps. Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, que vel universalis ecclesia sua, vel tempore prolixitate roboratur. Ceterum si pro varietate temporum, vel auctorum, vel locorum variis consuetudines introducantur, inven-

a Ivo p.4. cap.26. Pann. l.2. c.168. b al. universa] orig. Ivo, Pam. c al. ad al. servitibus operibus. d sarcina] orig. e al. provincialis. f al. ecclesiam. g Eph.4. ii al. eccl. f. Eter Idem epist.118. c.18. g al. esse convincitur.

ta opposunitate, refecanda sunt prius quam observanda.

C. XII. ¶ Refecanda sunt quae neg, auctoritate, neque moribus universitatis comprobantur.

Unde August. scribit ad inquisitiones Ianuarii epist.129.c.19.

O Mnia a talia, quae neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inveniuntur, nec confundente universalis b ecclesia roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiles variantur, ita ut vix, aut omnino nunquam inveniri possint causae, quas in eis instituendis homines fecuti sunt, ubi facultas tribuitur, fine ulla dubitatione refecanda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contradicem sint ipsam tamem religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servitibus oneribus & premunt, ut tolerabilior sit conditio ludorum, qui etiam tempus libertatis non agnoverint; legalibus tamen sacramentis, & non humanis presumptumibus subiiciuntur.

C. XIII. ¶ Omnes provinciae e eundem in psalendo modum teneant, quem metropolita nam sedera f habeat cognovet.

Item ex Concilio Tolentano II. c.5.

3. D E iis, qui contra Apostoli & voluntatem cirennarum tenuerunt omni parte doctrinam, placuit huic sancto concilio, ut metropolitana sedis auctoritate coacti, uniuersusque provincie cives, rectoresque ecclesiastarum unum, eundemque in pfaffenloco teneant modum, quem in metropolitana sede b cognoverint institutum; nec aliqua diversitate cuiuscumque ordinis, vel officia a metropolitana se patiuntur sedis disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magistrorum, unde honoris consecrationem accipit, ut iuxta maiorum decreta, sedes, quae unicuique sacerdotialis dignitatis est mater, sit ecclesiasticae magistrorum rationis. Abbatis sanè, indultis officiis, que juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, vespertas, matutinum, five missam alter, quam in principali ecclesia, celebante non licet. ¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, Tex mensibus communione privatus apud metropolitanum sub poenitentia censura permaneat corrigendus, quantum apud illum & praterita transgressionis culpari lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiosè addiscat. ¶ Sub ista ergo regula disciplina, non solum metropolitanus totius sua provinciae pontifices vel sacerdotes adstringat, sed etiam exteri episcopi subiectos sibi ecclesiasticae rectores obtinere his institutionibus cogant.

¶ [Provincie cives] In codice Lucensi perueniunt bibliotheca Regis catholicorum, & in conciliis impensis, in margine legitime, provincie pontifices: quod dictio in fine hujus capituli repetita, ostendit hanc esse veram legctionem. Veram in omnibus concionatione editionibus in extu, & duobus codicibus Vaticanis legitur, cives.

C. XIV. ¶ Ordo servetur in matutinu, & vespertino officio unus & idem.

Item ex Concilio Bracarense I. cap.19.

P Lacuit i omnibus communis consensu, ut unus atque idem pfaffenloco ordo in matutinu, vel vespertinis officiis teneatur & non diverso, ac privat, neque i. mo-

a Ivo p.4. cap.26. Pann. l.2. c.168. b al. universa] orig. Ivo, Pam. c al. ad al. servitibus operibus. d sarcina] orig. e al. provincialis. f al. ecclesiam. g Eph.4. ii al. eccl. f. Eter Idem epist.118. c.18. g al. esse convincitur.

bastiorum

naisteriorum confuetudines cum Ecclesiastica regula sint permista.

¶ Neque monasteriorum] In concilio ipso postremo Condonia excuso, abet et nos, neque. In carceri autem editionibus sic legitur, private monasteriorum confuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permista.

DISTINCTIO XIII.

1. Item ad verius naturale ius nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgant, ut alterum eorum necesse sit eligi.

C. I. g Minus malum de duabus eligendum est.

Unde in Concilio Toletano s. c. 2. legitur.

DVO a mala licet sint omnino cautissime praevenda, tamen si periculi necessitas ex his unum perpetrare b compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexus nostrarum obligare. e ¶ Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, pura d rationis acumen investigemus. Etenim dum peccare compellimus, creatorem quidem offendimus; sed nos tantummodo malum. Cum vero noxia prouisa complemus, & Dei iusta superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic e enim dupli culparum telo perimur, hic g tripliciter jugulamur.

¶ In ipso concilio capite multa antecedunt, & sequuntur, quae perlegenda sunt.

C. II. g De rodere.

Item Gregorius in moralibus, in c. 40. lib. 1. 2.

c. 18. 19. & 20.

N Ervi testiculorum Leviathan b perplexi sunt; quia suggestiōnum i illius argumenta implicatis inventis & illigantur, ut plorosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc siue aliquo peccati laqueo non evadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant se ligari. ¶ Quod melius offendimus, si qua ex conversatione hominum illigatio[n]is hujus exempla proferamus l. & nomina m[is]terij. ¶ Ecce quidam, dum mundi hujus amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi viram ducenti, quod secreta illius omni silentio conteget, se jurejurando constringit. Sed si, cui juratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulteria occidere conetur. Is autem, qui iusjurandum praecepit, ad mentem revertitur, & diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio n[on] adulterii simili & homicidii particeps fiat, & prodere trepidat, ne reatu se perjurii obstringat. Perplexis ergo testiculorum nervis ligatus est; quia in quamlibet partem declinet, metuit ne a transgressionis contagione liber non sit. ¶ Alius eunata, quae mundi sunt, deferens, atque per omnia frangere proprias voluntates quarens, alieno se subdere regimini appetit: sed cum, qui sibi apud Deum praeſe debeat, minus cauta inquisitione discernit, cui fortasse is, qui sine iudicio legitur, cum praeſe jam coepit, agere o[ste]ra Dei sunt, prohibet; quae mundi sunt, iubet. Pensans itaque subditus, vel quae sit culpa inobedientia, vel quod contagium secularis vita, & obedire trepidat, & non obediens formidat; ne aut obediens, Deum in suis preceptis, defrat, aut rufus non obediens, Deum in electo priore,

a Ivo p. 120. 16. Pann. l. 8. c. 119. b al. tentare.] al. temperare, c obligari.] orig. Ivo, Pann. & Gra. d al. p[ro]p[ri]a.] al. p[ro]p[ri]a. f al. p[ro]p[ri]a. g al. p[ro]p[ri]a. h Joh. 4. 30. al. per suggestiōnem k al. inventionem. l. vig. m Ibid. c. 119. n al. silentio. o agi orig.

contemnat, & infra. ¶ Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locum regimini praemissis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus maceribus afficitur, quam honoribus gaudet, dum cor tribulatiōibus premitur, ad memoriam culpa revocatur, dolet que se ad laborem cum culpa pervenisse, & quam sit iniquum quod admirerit, ex ipsa fractus a difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis premis agnosces, vult adeptu sublimitatis locum deferere, sed timet, ne gravius delictum sit suscepit gregis custodiā reliquise, vult suscepit gregis curam gerere, sed forniciata, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratia b empta possidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde se conficit. Esse quippe sine reatu crimini neutrum videri, si aut suscepit solum greci relinquantur, aut rufus sacra actio faculariter empta teneatur. Undique metuit, & suspectus latus omne pertinet, ne aut itans in emptio regimine non digne, lugat, quod non etiam deserens i emendat, aut certe regimina deferens, dum aliud fere nimirum, rufus aliud de ipsa grecis deflitione committat, & infra.

2. pars. ¶ Est tamen quod ad destruendas Beemoth e virtutis subtiliter a fiat, ut dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper elegantur: quia & qui murorum undique ambit, ne fugiat, claudunt, ibi se in fugam precipitat, ubi brevior murus inventur. Hinc Paulus e, cum quosdam in ecclesia incontinentes apicaret, concepsit minima, ut majora declinarent, dicens: [Propter fornicationem autem omnes quisque uxorem suam habeat.] Et quia tunc solum conjuges in admisitione fine culpa sunt, cum non pro exemplo libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, ut hoc eriam, quod concederet, sine culpa (quamvis minima) non esse monstraret, illico adjunxit [Hoc f[ac]tum secundum indulgentiam, non secundum imperium.] Non enim est sine viito: quod ignoratur, non præcipitur. Peccatum profecto vidit, quod posse indulgeri prævidit. Sed cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis fine venia peccemus. ¶ Itaque plerunque nervorum Beemoth istius perplexitas solvit, dum ad virtutes maximas per commissa minoria transiunt.

1. ¶ Emendat] Hoc loco in originali videatur constructio verborum perturbata & restituenda ex Gratiano.

DISTINCTIO XIV.

1. V Erum hoc in una eadem persona intelligitur. Cetera ps. rūm an in diversa eadem dispensatio locum habent, videlicet ut committamus minora, ne alii gravioribus implicentur, merito queratur.

C. I. ¶ Non sunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alii graviora committant.

De his ita scribit August. lib. Quasi super Gen. cap. 42.

¶ Vod g ait Sodomititis Loth b [Sicut mihi duas filias, quae mundum neverunt zetros: producans illos ad vos, ut nimis illi quomodo placuerit vobis: tuncrum in vicos istos ne facatis iniquum:] quoniam prostituere volebat filias suas hac compensatione, ut viri hospites ejus nihil a Sodomitis tale paternerent, utrum admittenda sit compensatio flagitorum, vel quorumcumque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alias gravius malum faciat, an potius perturbatione Loth, non consilio tribuendum sit, quia hoc dixerit, merito queritur. Et minimum periculosum

a fructus] orig. b al. gregi. c Ibid. cap. 20. d utiliter] orig. ut infra. e 1. Cor. 7. f Ibid. 6. g Ivo p. 9. cap. 119. h Gen. 19.